



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

37 Bigamia vera, quae sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

40: regulariter creati non potest, clemens nolentes, in princ. de hæret.

34 Nativitas † impedit etiam promotionem, quia illegitimè procreati, absque dispensatione ordinari non possunt, *cap. 1, & c. litteras de fil. presb. & ibi Abb. num. 3, cap. si is eod. tit. in 6, & cap. 1, & 2, 56, distinct.* Corporis vitium, super quo Episcopus dispensare non potest, Innocent. in *cap. 1, in sine de corpor. vit.* & habetur in *cap. 1, 49, distinct.* non ordinantur viciati corpore, dum vitium scandalum generat in populo, ut propter maximum gibbum, qui est valde claudus, habens in oculo maculam, mutilatus manu, qui virilia, non ægritudinis causa, sibi fecit abscindi, qui partem digiti volens sibi ipsi abscidit, cui medietas palmæ cum duobus digitis est abscissa, qui morbo incurabili laborat, & qui digiti partem in dæmo amisit, *cap. maritum 33, distinct. c. si quis absciderit, 36 cap. qui partem, c. si quis pro ægritudine 55, dist. c. 2, c. significavit, c. exposuisti, de corp. vit. c. presbyterum, c. de rectoribus, c. tua nos; & cap. ex parte de cler. agrot. & debil.* An autem vitium inducat detor-
37 mitatem, quæ scandalum pariat, relinquatur arbitrio Ordinarii, *d. c. 2, & ibi gloss. penul. & ult. de corp. vit.*

38 Crimina, ut qui usuras accepisse evincuntur, in scæna lussisse noscuntur, qui publica pœnitentia crimina deservit, qui aliquando in furiam versus insanivit, & simoniacus, *d. cap. maritum, 33, dist. qui homicidii facto, aut præcepto, aut consilio conscius existit, & apostata, cap. si quis viduam, cap. studeant, cap. pœnitentes, cap. 39 ex pœnitentibus, cap. illud quoque, & cap. hi qui. 50, dist.*

Administratio aliorum honorum impe-

dit promotionem, cum quis ad ratiocinia est obligatus, *cap. unic. de obligat.* ad ratio. ord. vel non, præsertim falsi decoctores, qui ultimi supplicii, & ea pœna, qua fures ipsi de jure, vel consuetudine, aut particulari, vel municipali statuto plecti solent, puniri debent, Pius V. constit. 116. quæ incipit: Postquam bigamia † cum quis duas duxit uxores, aut cum vidua contraxit matrimonium, *cap. curandum cum seq. 34, dist. cap. 1, & cap. bigamis de big. conditio.* bigamia impedit, ne quis possit ordinari, & est impedimentum ordinis, quia bis conjugatus non potest apte significare unionem Jesu Christi cum Ecclesia unica, & sancta tua sponsa, quam excellentia Sacramenti ordinis meretur, *cap. acutus, & cap. una, 26, dist. gloss. in cap. debitum, in ver. sacramentum, de big. & Navar. in cap. 27, de pr. spec. irreg. num. 195, som. 3.*

36 Triplex est bigamia, † scilicet vera, interpretativa, & similitudinaria, *gloss. in c. 2, de bigam. Rota decis. unic. num. 7, 8, & 9, eod. tit. in no. Navar. d. num. 195, vers. 2, & Graff. decis. aur. cap. 27, nu. 38, par. 1, lib. 4.*

37 † Vera bigamia est ejus, qui successive duxit duas uxores virgines, unam post mortem alterius, etiam, si antequam fuisset Christianus, ipsas ambas, vel alteram tantum habuisset. † Interpretativa quatuor modis contrahitur per violationem castitatis promissæ contrahendo cum vidua, vel corrupta, contrahens diversis temporibus cum una de jure, & cum alia de facto, & qui scienter cognovit uxorem adulteram, *gloss. in d. cap. 2, in verb. in bigamis, & similitudinaria est, † quam incurrit ordine sacro insignitus, vel voto solenni adstrictus cum aliqua etiam unica virgine contrahens, & consumans, Navar.*